

verbo *tabulam*, in dicto §. *si quis in aliena*, quæ sub dubio fortè dicebat, non habere locum, quod ibi dicitur in scriptura facta in marmore, et idem dicebat in dicto §. *sed ex diverso*, subdens argumentum esse in contrarium in §. penult. *Instit. de testament.*

LEY XXXVIII.—Si algund ome labra algun edificio de piedra, o de madera agena, cuyo deue ser el señorío.

Metiendo (1) algund ome en su casa, o en alguna otra obra q. e fiziesse, cantos, o ladrillos, o pilares, o maderera, o otra cosa semejante, que fuesse agena; despues que alguna destas cosas fuere asentada, e metida en laour, non la puede demandar aquel cuya es; e gana el señorío della aquel cuya es la obra, quier aya buena fe, quier mala (2) en metiendola y. Esto tuuieron por bien los Sabios antiguos que fuesse guardado, por apos-tura (3), e por nobleza de las Cibdades, e de las Villas; que las obras que fueren y fechas, non las derriben por tal razon como esta. Pero tenuto es, de dar el precio doblado (a) de lo que valiere la cosa, a aquel cuya era.

(a) No está en uso el pago del duplo, y solo se verifica la indemnizacion correspondiente.

LEY XXXVIII.—Queritur dominium per immissionem: ut si tigna aliena posui in opere meo bona fide, vel mala, efficiuntur mea; sed solvam domino tignorum pretium duplicatum. Nec extrahuntur tigna ab edificio, ne civitas, vel villa deformetur ruinis. Hoc dicit.

(1) *Metiendo*. Concordat l. *adeo*, §. *cum in suo solo* 10. D. *de acquir. rer. domin.* et §. *cum in suo* 29. *Instit. de rer. divis.*

(2) *Quier mala*. Nota bene, nam contrarium dicebat Glos. in dicto §. *cum in suo*, *Instit. de rer. divis.* Et quid si clericus cum tignis, vel pecunia Ecclesie edificat in proprio solo? an tunc edificium erit ecclesie, vel cedat solo clerici? Vide glos. notabilem, quod tunc solum credit edificium, in cap. *apostolicos*, 12. quæst. 2. quam glos. dicit singularem Jaso in l. 1. §. *nuntiatio*, D. *de novi oper nuntiat.* et vide Joan. Andr. in addit. *ad Specul.* in tit. *de emptio. et vendit.* §. *tertio loco*, in parte *apostolicos*, col. 4. et Rochum in tract. *de jure patronat.* charta 22. col. 4.

(3) *Apostura*. Adde l. 16. tit. 2. supra ead. *Partita*, et quæ ibi dixi, et in l. 16. tit. 14. *Part. 7.*

LEY XXXIX.—Cuyos deuen ser los frutos que salieren del heredamiento, de que fuere vencido alguno por Juyzio.

A buena fe (1) compran los omes, o ganan (2) casa, o heredamiento (3) ageno, cuydando que es suyo de aquellos que lo enagenan, o que han derecho de lo fazer: e acaece, que viene despues el verdadero señor della, e demandagela, e vencelo en juyzio. E en tal caso como este dezimos, que el señorío de los frutos que ouiesse recebido (4), e despendido (5) del heredamiento este vencido, que deuen ser suyos por la obra (6), e por el trabajo que lleuo en ellos, fasta que el pleyto fue comenzado (7) por demanda, e por respuesta; e non es tenuto de los dar al vencedor, maguer lo entregue de la heredad. Mas los que non ouiesse despendido, tenuto seria de los tornar al señor de la heredad; sacando primeramente las despensas que ouiesse fecho sobrellos. Otrosi dezimos, que si los frutos que ouiesse recibidos, fuessen de tal natura (8), que non viniesen por laour de omes, mas por si se los diesse la heredad; assi como peras, o mançanas, o cerezas, o nuezes, o los frutos semejantes destes, que han los arboles por si naturalmente, e sin laour de ome (a); que estos atales tenuto es de los tornar con la heredad, maguer los aya despendido (9) a buena fe: e si por aventura

ouiesse mala fe, en comprando la cosa, o en auendola en otra manera, sabiendo que non era suya de aquel que gela enageno; entonces, maguer ouiesse despendido los frutos que ouiesse recibidos de la heredad, tenuto seria de pechar el precio dellos, sacando todavia las despensas (10) que ouiesse fecho en razon dellos.

(a) Aun estos frutos naturales de que habla la ley necesitan cultivo ó por lo menos cuidado, y por este concepto siempre hay derecho de deducir los gastos de las labores, teniendo presente que *nulli sunt fructus nisi impensis deductis*. Téngase presente tambien la glosa de Gregorio Lopez en que opina que esta ley obliga al poseedor de buena fe a pagar el importe de los frutos naturales consumidos, en cuanto por ellos se hubiere hecho mas rico.

LEY XXXIX.—Bonæ fidei possessor lucratur fructus industriales, ante litem contestatam perceptos. Sed si nondum eos expendit, tenetur eos deductis expensis domino rei restituere, re evicta. Fructus autem naturales, qui sine cultura communiter nascuntur, ut pyra, poma, cerasa, nueces, et similia, tenentur (etsi consumpsit) restituere. Malæ fidei verò possessor omnes etiam consumptos restituit, deductis tamen expensis. Hoc dicit.

(1) *A buena fe*. Esta est pulchra lex; et hæc ortum à notatis per Azon. in summa, *C. de rei vindic.* §. *fructus quoque*, quæ est in 5. col. ubi vide leges quas allegat, et vide glos. notabilem in §. 1. *Instit. de offic. judic.* Et in materia hujus legis adde, quod si quis possedit tempore 10. annorum, et sic longo tempore; quia præsumitur in bona fide, non tenetur ad restitutionem fructuum, nisi constet de mala fide: vide Bald. in l. pen. *C. quib. non objic. longi temp. præscript.* et vide Bald. in materia l. *certum* 22. *C. de rei vindic.* et l. *ex diverso*, et ibi Bart. D. *de rei vindic.* et quæ notat Fran. Balbus in tractat. *præscriptio.* charta 40. 2. et 5. col. Et adde, quod etiam in beneficiis possessor bonæ fidei facit fructus suos: vide Abb. in cap. *de multa*, col. 5. *de præbend.* et in cap. *ex frequentibus, de instit.* Et adde, quod sufficit bona fides in initio quoad acquisitionem fructuum, licet postea superveniat mala fides, l. *qui scit* 25. §. fin. D. *de usur.* tenetur tamen fructus restituere à die quo habuit malam fidem, secundum Bart. in l. 1. *C. de rei vindic.* per l. *qui bona fide* 75. D. *de acquir. rer. domin.* vide Glos. in dicta l. *qui scit*, §. fin. quæ dicit, quod extantes tenebitur tunc restituere per officium judicis: et huic officio judicis præscribetur per triennium, secundum Glos. in l. *sequitur*, §. *fructus*, D. *de usucap.* quæ glos. est singularis. Et quid de foetibus animalium? Dic, quod etiam erunt bonæ fidei possessoris, nisi foetus sit conceptus apud furem, qui vacam pregnantem post vendidit: vide Bald. in l. *ancillæ*, col. 5. *C. de furtis*, ubi etiam vide, an foetus dicantur fructus naturales, vel industriales.

(2) *Ganan*. Nam etiam sine titulo bonæ fidei possessor facit fructus suos, ut in l. *si fructuarius* 15. D. *quibus mod. ususfruct. amit.* et l. 4. §. 2. *fn. regund.*

(3) *Heredamiento*. Quid si emat usumfructum alicujus fundi? Vide Alex. in l. 5. §. *è contrario*, col. 10. D. *de acquir. posses.*

(4) *Recebido*. Et sic fieri debet articulus de fructibus, qui fuerunt percepti: vide Alex. cons. 59. vol. 2.

(5) *Despendido*. Vide Socin. consil. 251. pen. et fin. col. 2. vol. Sed an condemnabuntur, quatenus facti sunt ex eis locupletiores? Vide Bart. et Ang. quod sic, in l. *ex diverso*, in princip. D. *de rei vindic.* et Alex. consil. 90. col. fin. vol. 2. et cons. 21. vol. 4. et vide quæ dixi in l. 4. tit. 14. *Part.* et certè ista lex Partitarum contrarium vult, quod indistinctè lucretur industriales, ut dixi in dict. l. 4.

(6) *Por la obra*. Concordat §. *si quis à non domino* 55. *Instit. de rer. divis.*

(7) *Fue comenzado*. Nam tunc tenetur ad universos, in l. *certum* 22. *C. de rei vindic.* et vide, et intellige, ut per Bart. per text. ibi in l. 2. *C. de fruct. et lit. expens.*

(8) *De tal natura*. Adde l. *fructus* 45. D. *de usur.* et limita, nisi præscriberet triennio, Glos. in l. *sequitur*, §. *fructus*, D. *de usucap.* ubi vide Bart. et Doct. Et nota istam legem Partitarum in hoc, quod dicit de fructibus naturalibus perceptis à possessore etiam cum titulo: nam contrarium dicebat Joan. Andr. in addit. *ad Specul.* tit. de

*fructibus, et interesse*, in addit. super parte *fructus*, cujus opinionem tenent magis communiter moderni, ut tradit Fel. in cap. *de quarta*, num. 50. *de præscript.* antiqui tamen communiter tenent, quod in ista lege disponitur in fructibus naturalibus, juxta Glos. in dicta l. *et ex diverso*, et in §. *si quis à non domino*, *Instit. de rer. divis.* et Azon. in summa, ubi sup. col. 5. Abb. in cap. *gravis*, col. 5. *de restit. spol.*

(9) *Despendido*. Intellige hoc in fructibus naturalibus consumptis, quando ex eis factus est locupletior; vide *Specul. tit. de fruct. et inter.* circa princ. et Abb. in cap. *gravis*, col. 2. *de restit. spol.* ubi dicit communiter teneri per glos. supra allegatas.

(10) *Despensas*. Nullus enim casus evenire potest, qui hoc genus deductionis impensarum impediatur, l. *fundus qui* 51. in princ. D. *famil. ercisc.*

LEY XL.—Como el que tiene la cosa a mala fe, e le es vencida por Juyzio, deue tornar todos los frutos.

A mala fe ganan los ome heredades, e otras cosas, en dos maneras. La primera es, quando furta la cosa, o la roban, o la entran sin derecho. E estos atales, si fuessen vencidos en juyzio, son tenudos de tornar la heredad con los frutos que ende lleuaron, e avn con los que pudiera ende lleuar, el señor de la heredad (2). La segunda manera es, quando las ganan por razon de compra, o de donadio, o por otra razon derecha; pero sabiendo que aquellos de quien las han, que non han derecho de las enagenar. E estos atales son tenudos (3) de tornar la heredad con los frutos que della lleuaron, si los vencieren por ella en juyzio; mas non son tenudos de tornar lo que ende pudiera auer lleuado el señor de la heredad, si la ouiesse tenido; fueras ende en quatro casos (4). El primero es, quando la heredad vende algund ome, para fazer engaño a aquellos a quien deue algo, sabiendo el engaño el comprador. El segundo es, quando la heredad fuesse enagenada por fuerça, o por miedo. El tercero es, quando alguno comprasse encubiertamente alguna cosa, de aquellas que mandasse vender el Oficial de nuestra Corte, contra la costumbre que deue ser guardada en venderlas. El quarto es, quando ganasse la heredad contra las leyes deste libro. Ca qualquier que ganasse la heredad en alguna destas quatro maneras, tenuto es de tornar la heredad con todos los frutos que ende lleuo, e avn con los que ende pudiera lleuar el señor de la heredad.

LEY XL.—Possessor malæ fidei cum titulo tenetur indistinctè restituere fructus receptos, et consumptos, deductis expensis. Si autem est sine titulo, ut fur, vel prædo, tenetur de perceptis, et qui percipi potuerunt. Idem, si emit à fraudante creditorem, et particeps fuit fraudis; aut si alienatio fuit facta vi, vel metu; vel contra legem mercatus est; aut occultè rem, quam officialis Regis vendidit, contra solitum modum lucrandi comparavit. Hoc dicit.

(1) *Pudiere ende lleuar*. Concordat l. *si navis* 62. §. fin. D. *de rei vindic.* et §. 2. *vers. illorum*, *Instit. de offic. judic.* et l. *fructus* 55. D. *de rei vindic.* et nota bene, quod hic declaratur, scilicet de fructibus, qui potuerunt percipi à petitore, ut dixit Glos. in l. 2. *C. de fruct. et lit. expens.* Bald. tamen ibi post alios Doct. tenet, quod si magis potuerunt percipi à possessore, quod et illi veniunt, cum habeantur pro perceptis fictè. Tu in hoc dic, ut per Bart. in l. *domum*, *C. de rei vindic.* cujus opinio est magis communis, secundum Alexand. in l. *cum servus*, aliàs incipit, *C. apud Julianum*, D. *de legat.* 1. et limita, ut in casu l. 2. *C. de pign. action.* et ibi notat Bald. et intellige etiam procedere, quod hic dicitur, in vero malæ fidei possessore; nam secus in ficto, cujus mala fides esset inducta per litem contestationem: quia talis tenebitur tantum de fructibus, quos ipse reus percipere potuisset, l. 2. *C. de fruct. et lit. expens.* secundum Bart. ibi: adde l. 8. in fin. tit. 3. *Part.* 3. et quæ ibi dixi.

(2) *Heredad*. Quando cessat mala fides, vide l. *venditor ex hæredit.* 21. D. *de hæred. vel. action. vend.* et quæ dixi supra in l. præcedent. Et quid si ampliores, vel uberiores fructus fuerunt percepti ingenio, et sumptu possessoris malæ fidei? nam ad illos teneatur? Vide Glos. in l. *cæterum*, D. *de rei vindic.* et ibi omninò Bald. et Ang. in l. 1. §. *per hanc*, D. *quæ in fraud. credit.* et adde Lancelotum Decium in l. *apud Julianum*, §. *fructus*, in fin. D. *de legat.* 1. dicentem, quod in omnibus casibus, in quibus malæ fidei possessor tenetur de fructibus, quos potuisset percipere, nunquam tenetur de illis, quos potuisset percipere ex augmento rei facti per ipsum, ut est casus in dicta l. *cæterum*, ubi et vide Ang.

(3) *Tenudos*. Adde l. *si fundum* 17. *C. de rei vindic.* et Bart. in l. *fructus*, et in l. *ex diverso*, col. fin. D. *solut. matrim.* qui dicit, de jure hanc esse communem opinionem: et ista opinio approbatur hic, et non Petri, et Cyni, et Salic. in l. *domum*, 6. *oppos. C. de rei vindic.* et in l. *si fundum*, eod. tit. qui tenebant, quod malæ fidei possessor indistinctè teneatur de percipiendis.

(4) *Quatro casos*. Hoc casus vide per Glos. in dicta l. *si fundum*, *C. de rei vindic.* et in §. *si quis à non domino*, *Instit. de rer. divis.* et ibi Glos. addit alium casum de eo qui fructus maturos patitur corrumpi studiosè: et adde alium casum in l. *patri profilio* 27. D. *de minor.* in §. *si pecuniam*, et ibi Bart.

LEY XLI.—Como deue ome cobrar las despensas que faze en las cosas que compro a buena fe, si le son vencidas en Juyzio.

Heredades agenas (1) compran, o ganan los omes a buena fe, e despues que las han compradas, fazen y de nuevo alguna cosa, assi como torre (2), o casa, o otro edificio; o si es heredad, plantan y a las vegadas arboles; o ponen majuelos, o fazen y otras cosas semejantes destas nueuamente (3), como en lo suyo. E vienen despues desso los verdaderos señores, e vencenlos en juyzio, de aquello que assi han ganado. E porque puede acaescer contienda entre los homes, si las despensas que assi fuessen fechas, deuen cobrar, o non, los que las fizieron; dezimos, que ante que sea entregado (4) de la casa, e de la heredad, el que la venciere assi como sobredicho es, que sea tenuto de tornar al otro, todas las despensas que ouiere fecho de nuevo en ella: ca pues que ouo buena fe en ganar la cosa, e labro en ella assi como en lo suyo, derecho es, que cobre aquello que y despendio en esta manera. Empero, si algunos frutos, o rentas, o esquilmos ouo de la heredad; pues que quiere cobrar las despensas assi como sobredicho es, que descuente en ellas (5), aquello que gano, o esquilmo de la heredad. Mas si por aventura el señor de la heredad, que la venciesse en juyzio, fuesse tan pobre (6), que non pudiesse pagar al otro las despensas que y ouiesse fecho nueuamente, maguer quisiesse vender todo quanto auia; dezimos, que estonce non seria tenuto de las pagar. Mas el otro que las auia de cobrar, puede sacar de la casa, o de la otra heredad, aquello que y metio, o labro, e lleuarlo ende, e fazer dello su pro. Empero tenemos por bien, e mandamos, que si el señor de la heredad le quisiere dar tanto (7) por aquello que ende ouiesse a tirar, quanto el podria auer dello, pues que lo ouiesse ende lleuado; que sea tenuto de gelo dar por ello, e que lo non lleue ende. E esso mismo dezimos que seria, si aquel que fizo la labor de nuevo en la casa, o en la heredad agena, ouo buena fe quando la gano, e ante que comenzasse (8) a labrar, ouo mala fe, sabiendo que aquel de quien la gano, non auia derecho de la enagenar. Ca si despues

deso lo venciene el verdadero señor por ella en juyzio, non deve cobrar las despensas que y fizo, mas puede lleuar ende aquello que y metio, o labro, assi como sobredicho es.

LEX XLI.—Bonæ fidei possessor potest retinere rem, ab eo per dominum verum evictam, ob expensas, quas in ea de novo fecit. Sed computat eas sibi in fructus ordinarios, quos ex re cepit. Sed si tot sunt expensæ, quibus cum tota sua substantia non posset evictus satisfacere; tunc potest possessor opus, quod fecit, tollere, et ad libitum de eo facere; nisi dominus rei ei vellet tantum solvere, quantum valeret ablatum. Si tamen possessor habuit à principio bonam fidem, et antequàm opus faceret, habuit malam, et fuit victus; non potest habere expensas, quas fecit; potest tamen tollere opus quod fecit, ut supra. Hoc dicit.

(1) *Heredades agenas.* Adde l. in fundo 38. D. de rei vindic. undè, ista habuit originem, et vide ibi per Bart. ad intellectum hujus legis, et vide notabiliter Abb. in cap. 1. de in integr. restit. ubi, quid si plus est in expensis, quàm valeant melioramenta, et de aliis ad istam legem. Et quid si cum veniuntur, non exceptit de istis melioramentis? an opponat de hoc in executione sententiæ, vide Specul. tit. de execut. sentent. §. fin. col. fin. et ibi Joan. Andr. in addit. super parte opponere: et adde ad istam legem eundem Specul. tit. de expensis, §. 1. ubi latè, et ibi, quid de sumptibus factis in reficiendo, et adde eundem Specul. tit. de emptio et vendit. §. nunc dicendum, in fine. Et an si non opposuit de eis, quando reus fuit conventus, an possit postea ratione evictionis repetere à venditore? Vide Alexand. consil. 67. col. fin. vol. 2.

(2) *Como torre.* Quid in expensis voluntariis? Vide infra eod. l. 43.

(3) *Nueuamente.* Et sic loquitur ista lex in melioramentis, quæ fiunt de novo, sicut et in l. in fundo 38. D. de rei vindic. de aliis vide l. 43. infra. eod.

(4) *Entregado.* Adde in simili, quæ notat Bald. in authent. excipitur in fin. C. de bonis quæ liber. et adde l. adeo 7. §. ex diverso. D. de acquir. rer. domin. et Abb. in cap. 1. de in integr. rest. Et retentio pro expensis habet locum etiam in beneficiis, Abb. in cap. de multa, de præbend. col. 4. Ex quo inferes ad majoriam, ut etiam hæres defuncti, qui tenuit majoriam, possit retinere bona majoriæ pro expensis in ea factis ad perpetuam utilitatem, juxta Gloss. et ibi notat Bart. in l. 5. §. nos generaliter, D. de impens. in res dotal. fact. et adde Gloss. in l. non ab re, C. unde vi, in parte allegatio. Quid autem si possessor majoriæ fecit expensas in custodia castrorum, et quia fortè erat tempus guerræ, fecit maximas expensas? Dic, quòd tales expensas non repetat, Gloss. in l. sumptus, D. de legat. 1. Paul. in l. domos hæreditarias, eod. tit. et facit optimè quod notat Bald. per tex. ibi in l. ex parte, D. famil. ercis. et quod notat idem Bald. in §. si quis de manso, de controu. invest. col. 5. quòd quando quis facit actum contemplatione sui, non habet locum actio negotiorum gestorum contra alium; allegat l. si finita, C. proinde, D. de damno infect. et l. ex facto, D. de negot. gest. Sed quid si possessor majoriæ fecit multas expensas, in defendendo majoriam, quæ sibi ab alio petebatur, vel cum ipse peteret? an imputet eas successor? Decides ex prædictis, et notatis per Gloss. in l. 1. in verbo non sunt, D. de impens. in res dotal. fact. et ibi vide Bart. et per Bal. in l. nominibus, C. de action. et obl. et in l. 1. col. fin. versic. secunda questio est, C. de bon. mat. et in l. 3. C. de falsa causa adjec. legat.

(5) *Que descuenta en ellas.* Vide Bartol. in l. in fundo, et ibi additionator, D. de rei vind. et videtur intelligendum hoc in expensis factis voluntariè; non si erant necessariae, vel utiles; et ita videtur velle Gloss. et Bart. in dicta l. in fundo: nam tunc bonæ fidei possessor habere impensas in totum ultra fructus; et idem est de mente Gloss. in l. sumptus 48. eod. tit. et vide distinc. Bart. in dicta l. in fundo, col. 5. Sed contra hoc videtur in expresso ista lex, quatenus in ædificiis, vel plantis supra dictis constat esse impensas utiles: et etiam videtur in expresso esse textus in l. in insulam 42. §. fructus, D. solut. matrim. et dicta l. sumptus 48. ubi habetur de sumptibus necessariis, et utilibus, disponitur, quod compensentur cum fructibus, et ad idem est l. emptor 65. D. eod. et istud videtur esse tenendum, neque est verisimile aliud voluisse Gloss. et Bartol. in dicta l. in fundo. Adde Bald. in l. super empti, C. de eviction. et quæ notat Paul. de Castro in l. domos hæreditarias, D. de legat. 1. dum allegat gloss. singularem in l. emptor, in fin. gloss. mag-

næ, D. de rei vind. Et erit una limitatio in ista materia, scilicet, ut procedat, quod hic dicitur de compensandis expensis factis ad rei utilitatem cum fructibus perceptis, quando tales fructus aliàs fuerant petentis, vel illos petere poterat; secus verò quando non habebat jus ad illos, imò de jure erant ipsius possessoris recipientis, ut in quæst. Gloss. quæ et potest induci ad possessorem majoriæ facientem expensas ad perpetuam utilitatem rei, ut hæres ejus non teneatur eas compensare cum fructibus à defuncto perceptis, ex quo jure majoria ad illum spectabant in ejus vita, per illam gloss. singularem, quam pro tali commendavit Bald. in l. insulam. D. solut. matrim. et intellige, et limita, ut declarat Paul. in dicta l. domos, et Bartol. in dicta l. 5. §. nos generaliter, D. de impens. in res dotal. fact. Et an hæres clerici possit repetere expensas, quas facit clericus in beneficio? Vide Abb. quòd sic, in cap. de multa, de præbend. col. 4. Et an impensæ compensentur necdum cum fructibus, qui perciperentur ex re meliorata, sed etiam perceptis occasione meliorationis? Vide Carol. Molinæ in tact. consuet. Parisiens. fol. 59. col. 4. cum seq. et satis probatur hic, quòd etiam cum fructibus habitis ex melioratione compensentur.

(6) *Tan pobre.* Adde dict. l. in fundo 38. et ibi Gloss. D. de rei vindic.

(7) *Dar tanto.* Adde quæ notat Bald. in authent. excipitur, C. de bon. quæ lib.

(8) *Ante que començasse.* Adde l. Julianus 37. D. de rei vindic.

LEY XLII.—Como non puede ome cobrar las despensas que haze en las cosas que tiene a mala fe (a).

Qual ome (1) quier que labrasse edificio, o sembrasse en heredad agena, auiedo mala fe, e sabiendo que non auia derecho de lo fazer; si despues deso fuesse vencido en juyzio del verdadero señor de la heredad, pierde todo quanto y labro, o sembro; e deve ser de aquel en cuyo suelo (2), o heredad lo fizo: e non puede, nin deve cobrar las despensas que y ouiesse fechas, en razon de aquello que y labro de nuevo. Mas las despensas que fiziesse por razon de los frutos en quanto ouiesse la heredad, bien las pueden descontar, quando ouiesse a tornar al señor de la heredad los frutos, o la estimacion dellos (3).

(a) L. 1, tit. 4, lib. 3 del F. R.

LEY XLII.—Quod ædificatur, vel seritur mala fide in solo alieno, cedit solo; neque repetit expensas qui ædificavit, vel seruit; deducit tamen expensas, quas fecit causa fructuum, à condemnatione fructuum, vel eorum æstimatione. Hoc dicit.

(1) *Qual ome.* Concordat l. adeo 7. §. ex diverso 12. et l. qua ratione 9. D. de acquir. rer. domin. §. ex diverso 50. et §. qua ratione 32. Instil. de rer. divis. et vide distinctionem Gloss. in §. certe illud, Instil. eodem tit. et opinio Joann. ibi posita approbatur hic, et non opinio Marti. quæ hic reprobatur, licet Carolus defendat eum in tract. consuet. Parisiens. fol. 40. col. 2. et 3. si tamen essent expensæ necessariae, ad quas faciendas dominus tenebatur necessariò, ut quæ fiunt in reparatione domus, vel aliàs; videtur, quòd possit eas habere etiam malæ fidei possessor, et quòd hoc casu procedat opinio Martini, secundum Joann. Fab. in dicto §. ex diverso, et vide per Specul. tit. de expen. §. 1. versic. viso, ubi et quid de utilibus expensis? Et sic ista nostra lex procedet in voluntariis expensis; de necessariis, et utilibus, dic, ut ibi per Specul. et per Gloss. in dicto §. certe, et per Bartol. in dicto l. in fundo, D. de rei vindic. quem vide, et Angel. in dicto §. certe illud, et infra eod. l. 45. Si tamen expensæ factæ sunt causa quærendorum fructuum per malæ fidei possessorem, potest eas habere retinendo; si tamen isto jure non utatur, non potest eas repetere, ut hic: et sic deciditur in ista lege quæstio Baldi in l. si quis sciens, C. de rei vindic. in fin. et idem in aliis expensis factis per malæ fidei possessorem, quas potest retinendo conservare, ut infra eod. l. 45. quia si non retineat, non poterit postea repetere, ut hic, et in l. si in area 35. D. de cond. indeb. et adde ad prædicta l. penult. tit. fin. Partit. 5.

(2) *En cuyo suelo.* Habes hic, quod ædificium cedit solo: et adde, quod etiam per pactum non potest fieri, quod ædificium non cedat

solo, l. obligationum fere, §. 1. versic. plane, D. de action. et oblig. et vide Bartol. in l. 1. §. 1. D. de superficie. et Paul. de Castro in l. servitutes la 2. D. de servitut. et adde, quod ædificium parietis siccic carens fundamento sub terra, cedit solo, ut in l. si precario 17. et ibi notat Paulus de Castro, D. commun. prædior.

(3) *Estimacion dellos.* Concordat l. 39. in fin. supra eod. et vide quæ dicam infra eod. l. 43.

LEY XLIII.—Si ome planta arboles, o viñas en heredad agena, auiedo mala fe, que pena deve auer (a).

Plantando algun ome (1) arboles, o poniendo majuelos en la heredad agena a sabiendas, auiedo mala fe (2) en faziendolo, luego que aquellos arboles, o la viña es raygada, o se nodresce, o se cria en la heredad, pierde el señorío de aquellos que y planto. Esso mismo dezimos que seria, si alguno plantasse arboles agenos en su heredad, o que pusiesse y majuelos de sarmientos agenos; que luego que son raygados gana el señorío dellos, quier aya buena fe, quier mala, en plantandolos, el que los planto. Empero tenuto es, de dar a aquel cuyos eran, la estimacion de lo que valieren. Otrosi dezimos, que si algun ome plantasse algun arbol en su heredad, e despues que lo ouiesse y plantado, se estendiessen las rayzes por heredad agena de otro alguno, cerca dessa en que fue plantado, de manera que las principales rayzes de que se nodresciesse, estan todas en ella; este gana el señorío del arbol, maguer esten las ramas del arbol sobre la heredad de aquel que lo planto. Empero, si parte de las rayzes principales (3) del arbol estuuiesen en la heredad de aquel que lo planto, e la otra parte en la del otro que estuuiesse acerca della; estonce deve el arbol ser comunal de ambos a dos.

(a) L. 1, tit. 4, lib. 3 del F. R.

LEY XLIII.—Si in alieno solo mala fide plantavi, statim factis radicibus efficitur domini soli. Idem, si in meo solo bona, vel mala fide alienam arborem plantavi; sed teneor ad arboris æstimationem. Item si arbor mea in fundo vicini tenet radices principales, quibus creatur, efficitur sua, licet rami sint in fundo meo; sed si pars radicum principalium est in fundo meo, et pars in suo, efficitur communis. Hoc dicit.

(1) *Plantando algun ome.* Concordat l. adeo 7. §. fin. et l. sed si ex meis 26. §. arbor. 2. D. de acquir. rer. domin. et §. si Titius 51. Instil. de rer. divis.

(2) *Mala fe.* In iuribus supra allegatis non hoc dicitur; sed indistinctè, et sic sive habeat bonam, sive malam fidem: nam factis radicibus, ejus erit arbor, in cujus solo plantata est; imò quando mala fide facit, videtur, quòd desinat habere dominium mala fide plantans, statim antequàm coalescant, ut supra l. proxima, et in §. ex diverso 50. Instil. de rer. divis. et tenet Faber in dicto §. si Titius, in princ. undè quod hic dicitur, supple maxime.

(3) *Principales.* Hoc dicit propter notata per Gloss. et Doct. in dicto §. si Titius.

LEY XLIV.—Quales despensas deve ome cobrar, de las que haze en casa, o en heredad agena, e quales non (a).

Despensas fazen los omes en las casas, e en las heredades agenas que tienen, non faziendo y de nuevo alguna cosa, mas refaziendo, o endereçando los edificios en los lugares do es menester, o faziendo y algunas otras cosas, que son provechosas a la casa, o a la heredad. E en tal caso como este dezimos, que aquel que las despensas fiziere, que sean menester de fazerlas, que las deve, e las puede cobrar, de mientras que fuere tenedor de la casa, o de la heredad en que las

fizo, quier aya buena fe, quier mala (1) en teniendola: e maguer el señor de la casa, o de la heredad lo venciessse della en juyzio, non gela deve ante entregar (2), fasta quel de lo que despendio en esta razon. Empero, si el esquilmo algunos frutos, o rentas de la casa, o de la heredad, en quanto la tuuo; tenemos por bien, que se descuenta en las despensas: ca guisada cosa es, que pues que el quiere cobrar las despensas que assi fizo, que descuenta los esquilmos. Otrosi dezimos, que si el fizo despensas provechosas al heredamiento, o a la casa agena de que era tenedor, que si las fizo en buena fe, cuydandolas fazer en lo suyo; que las deve cobrar, maguer non ouiesse menester de las fazer: mas si las fizo auiedo mala fe, sabiendo que el heredamiento, o la casa, que era agena; si el señor que la vencio en juyzio, non gelas quisiere pechar, puede el otro ende lleuar la labor que fizo y fazer. Otrosi dezimos, que si aquellos que son tenedores de casas, o de heredamientos agenos, fazen despensas en ellas, que non son muy provechosas, mas son a apostura de la casa, o de la heredad; assi como las pinturas que fazen en ellas; o los caños que fazen porque nazca y elagua; o las otras cosas semejantes destas, que fazen y, como por auer deleyte por ellas, mas que pro; si ouo buena fe, en teniendo aquello en que las fizo, cuydando que era suyo, que estonce puede tomar lo que ouiere fecho, e lleuarlo. Empero, si aquel cuya era la casa, o la heredad, le quisiere dar tanto por ello, quanto podria valer despues que fuesse ende tirado, deuegelo dar. Mas si el que fiziesse tales despensas como estas, ouiesse mala fe, en teniendo la casa, o la heredad, pierde todo quanto y fizo e non puede ende lleuar (3) ninguna cosa.

(a) L. 1, tit. 4, lib. 3 del F. R.

LEY XLIV.—Detinens rem alienam, sive bona fide, sive mala, si reficiat rem, pro expensis necessariis, vel utilibus, non tamen voluntariis retentionem habet rei, etiam si victus fuerit, donec sibi solvantur; deductis tamen redditibus, quos ex re percepit. Recuperat etiam expensas voluntarias, si bonam fidem habuit. Potest tamen levare laborem, seu opus, quod fecit. Si tamen vincens solverit sibi, quod voluntariè expendit, tenetur id recipere, et opus factum dimittere. Sed si malam habuit fidem, non recuperat voluntarias. Hoc dicit.

(1) *Buena fe, quier mala.* Vide Paulum de Castro in l. final. §. sed quia nostra, C. commun. de leg. in fin. et adde l. domum 3. C. de rei vindic. et Specul. tit. de expens. §. 1. Gloss. et Bartol. in l. in fundo. D. de rei vindic. Sed an fur equi possit repetere expensas, quas fecit in equo alendo? Vide Bald. quòd non, in l. 1. C. de infant. expos. Et quid si emit rem contra prohibitionem legis, in qua fecit melioramenta? an possit illa repetere retinendo rem, vel compensando cum fructibus? Gloss. dicit, quòd non. ubi Joann. de Plat. in l. fin. C. de fund. rei privat. lib. 11. et vide l. 2. et ibi Bald. C. si quis ignor. rem minor. sine decreto compar.

(2) *Ante entregar.* Quid si restituit rem, antequàm sibi restituatur sumptus? Dic, quòd non habebit actionem ad petendum sumptus, secundum Gloss. in l. in fundo, D. de rei vindic. et in §. certe, Instil. de rer. divis. et in aliis locis; nisi in duobus casibus, in quibus habebit actionem. Primus, quando bonæ fidei possessor, in faciendo de novo, sumptus fecerit, quos dominus compellebatur facere, ut in l. hæreditas 50. §. 1. D. de petit. hered. Secundus, quando fecisset animo alium obligandi: nam tunc recuperat per actionem negotiorum gestorum, ut in l. si pupilli 6. §. item si, D. de negot. gest. et hoc nota ad l. 40. supra eod. et tenet Angel. in dicta l. in fundo, col. 2. et idem dic in malæ fidei possessore utiliter faciente: quia si fecit animo obligandi dominum, recuperabit expensas per actionem nego-

tiorum gestorum, quatenus dominus factus est locupletior, ut in dicto §. *item si*.

(3) *Lleuar*. Quia edificando donare videtur, ut in §. *cum in suo solo 29. Instit. de rer. divis.* et quia neminem voluit obligare l. *in hoc iudicium 14. §. 1. communi divid.*

LEY XLV.—Cuyo deve ser el thesoro, que ome falla en la su heredad, o en la agena (a).

Thesoros (1) fallan los ome a las vegadas en sus casas, e en sus heredades, por aventura, o buscandolos. E porque podria acaecer dubda, cuyo deve ser; dezimos, que si el thesoro es tal (2) que ningund ome non pueda saber quien lo y metio, nin cuyo es, gana el señorío dello, e que deve ser todo de aquel que lo falla en su casa, o en su heredad (3). Fuera ende, si lo fallasse por encantamiento (4) (b), ca estonce todo deve ser del Rey. Mas si por aventura lo ouiesse y alguno escondido, e pudiesse prouar, o aueriguar (5), que es suyo; estonce non ganaria el señorío dello, el que lo fallasse en su heredad. E si acaeciesse, que alguno lo fallasse en casa, o en heredamiento ageno, labrando y (6), o en otra manera qualquier, si lo fallasse por aventura, non lo buscando el a sabiendas; estonce deve ser la meatad suyo, e la otra meatad del señor de la casa, o de la heredad, do lo fallo: mas si lo fallasse, buscandolo el estudiosamente, e non por acaescimiento de ventura; estonce deve ser todo del señor de la heredad, e non ha en ello, el que lo assi falla, ninguna cosa. Esso mismo dezimos que seria, si el thesoro fuesse fallado en casa, o en heredamiento que pertenesciesse al Rey (7), o al Comun (8) de algund Concejo (c).

(a) LL. 47 y 48, tit. 32 del Ord. de Alc.—LL. 1, 2 y 3, tit. 18; nota 1.ª, tit. 20, lib. 9; y L. 3, tit. 22, lib. 10 de la N. R.

(b) Esto está conforme con las vulgaridades ó preocupaciones de aquellos tiempos, y por lo mismo no tiene aplicacion actualmente.

(c) Esta ley se halla confirmada por el art. 4 de la de 9 de mayo de 1835 sobre adquisiciones á nombre del Estado, en la cual ademas se expresa que las minas de cualquier especie continuarán sujetas á la legislacion particular del ramo.

LEY XLV.—Thesaurus, qui nescitur cujus fuerit, inventus in solo proprio, efficitur domini soli; nisi arte magica reperiatur, quia tunc erit Regis: si tamen scitur quis absconderit, remanet abscondenti, probanti esse suum. Si tamen thesaurus reperiatur in domo, vel prædio alieno, vel publico, vel Regis casualiter, dimidium erit inventoris, dimidium domini soli; si tamen data opera, erit totus domini soli. Hoc dicit.

(1) *Thesoros*. Est autem thesaurus verus quædam depositio pecunie, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat: sic enim fit ejus, qui invenerit, quod non alterius sit; alioquin si quis aliquid, vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus; cujus etiam furtum fit: verba sunt l. *numquam 51. §. thesaurus 1. D. de acquir. rer. domin.* et adde l. 1. *C. de thesaur.* lib. 10. et ibi Gloss. Et quid de pecunia reperta in pariete domus, vide Joan. de Plat. in dicta l. unica, et Jas. in l. 5. §. *Neratus*, in secunda lectura, D. *de acquir. possess.* ubi et de pecunia reperta in cera. Et quid si reperiatur thesaurus in loco, qui nullius est? Vide Bald. in l. *item lapilli*, in fin. D. *de rer. divis.* ubi dicit, quod tunc totum est inventoris; vide tamen Azon. *Instit. de rer. divis.* in summa. col. antepen. tenentem, quod dimidium sit fisci, si reperiatur in loco religioso, et Joan. Fab. in dicto §. *thesauros*, *Instit. de rer. divis.* volentem, quod medietas pertinebit ad Ecclesiam, cujus sunt res sacræ, vel religiosæ, ubi thesaurus invenitur.

(2) *El thesoro es tal*. Et cui incumbat probatio, quod est thesaurus,

cujus depositionis non extat memoria? Vide in simili quæstionem, quam ponit Joann. Fab. in §. *thesauros*, *Instit. de rer. divis.* ubi videtur velle, quod agenti, et petenti thesaurum, incumbat onus probandi, et quod probabitur per modum, qui traditur in l. *si arbiter 28. D. de probat.* et adde quod notat Bald. in l. 1. in princ. D. *de rer. divis.* volentem, quod in rebus inventis diligenter debeat inquiri, cujus sit res, et ibidem dicit, quod pecunia semper præsumitur esse alterius, nisi sit thesaurus: ergo ei qui se fandat dicendo esse thesaurum, incumbit de hoc probatio: et adde Joann. de Plat. in l. unica, *C. de thesaur.* lib. 10. col. fin. ibi, *quæro aliquis*; et secundum Bart. in rubr. D. *de rer. divis.* pecunia ab incognito loco transducta, et in agro nostro reperta, non est thesaurus, et qui invenit eam, tenetur restituere: vidi ibi col. 6.

(3) *En su heredad*. Quid de marito inveniente thesaurum in fundo uxoris? Vide Gloss. in l. *divortio*, §. *si fundus*, D. *solut. matrim.* et l. 1. *C. de thesaur.* lib. 10. et Angel. in dicto §. *thesauros*, ubi de usufructuario, et aliis: vide ibi.

(4) *Encantamiento*. Concordat l. unica, *C. de thesaur.* lib. 10.

(5) *Prouar o aueriguar*. Ergo tali asserenti incumbit probatio: vide Joan. Fab. in dicto §. *thesauros*.

(6) *Labrando y*. Intellige, nisi ad hoc conductus esset mercenarius à domino, ut fodiat pro inveniendo thesaurum: nam tunc totum esset domini, cui licet quærere thesaurum in suo, secundum Joan. Fab. et Ang. in dicto §. *thesauros*, et probatur etiam ex ista lege.

(7) *Al Rey*. Non ergo omnes thesauri, qui inveniuntur, sunt Regis: hoc etiam patet in tit. *quæ sunt regalia*, in fin. ubi vide Andr. de Iser. Sed quid hodie per l. *Ordinamenti 7. tit. 12. lib. 6.* ubi innuitur, esse thesaurus Regis, sed quartam partem dandam manifestanti? Videtur dicendum, quod illa lex non corrigat istam legem, sed quod habeat locum in eo quod est Regis, juxta tenorem hujus legis; veluti si reperiatur per artem magicam, vel sine ea in loco Regis ad hoc data opera, vel in parte, quæ fieret Regis, non aliàs: vide Andr. de Iser. ubi suprâ.

(8) *O al comun*. Nota hoc verbum, nam tollit dubium motum à Joan. Fab. in dicto §. *thesauros*, in fine, post Gloss.

LEY XLVI.—Como non passa el señorío de la cosa vendida, a aquel que apoderan en ella fasta que aya pagado el precio.

Apoderan (1) vnos ome a otros en sus cosas, vendiendogelas, o dandogelas en dote, o en otra manera, o cambiandolas, o por alguna otra derecha razon. E porende dezimos, que por tal apoderamiento como este que faga vn ome a otro de su cosa, o que lo faga otro alguno por su mandado, que passa el señorío de la cosa, a aquel a quien apoderasse della. Empero, si el que ouiesse vendido su cosa a otri, le apoderasse della; si el comprador non ouiesse pagado el precio (2), o dado fiador, o peños, o tomado plazo (3) para pagar; por tal apoderamiento como este non passaria el señorío de la cosa fasta que el precio se pagasse. Mas si fiador, o peños ouiesse dado, o tomado plazo para pagar, o si el vendedor se fiasse en el (4) comprador del precio; estonce pasaria el señorío de la casa a el por el apoderamiento, maguer el precio non ouiesse pagado. Empero tenuto seria de lo pagar.

LEY XLVI.—Acquiritur dominium traditione rei ex titulo habili, soluto pretio, vel fide habita de eo. Hoc dicit.

(1) *Apoderan*. Concordat §. *per traditionem 40. Instit. de rer. divis.* et l. *traditionibus 20. C. de pact.* et l. *qua ratione 9. §. hæc que res 5. D. de acquir. rer. domin.*

(2) *Pagado el precio*. Concordat §. *venditæ 41. Instit. de rer. divis.* et l. *procuratoris 5. §. sed si dedi 18. D. de tribut.* et adde, quod re vendita, non transit dominium in emptorem per traditionem, nisi transeat dominium prætiæ à se soluti in venditorem, Gloss. et ibi notat Salic. et Alex. in l. *cum fundus*, §. 1. in glos. super verbo *emptori*, D. *si cert. pet.* Sed an quod hic dicitur de re vendita, procedat in contractibus innominatis? Vide Gloss. in l. *cum proponas*, *C. de dolo*,

quod sic, et per Bart. in l. *si servus*, §. *locavi*, post Gloss. D. *de furt.* Bald. in l. 2. *C. de rer. permut.*

(3) *O tomado plazo*. Quid si venditor habuit fidem de pretio usque ad decem dies? An si non solvat emptor in termino, venditor possit rem vindicare? Vide Gloss. quod non, in l. *incivile*, *C. de rei vindic.* si tamen emptor adhuc non accepit possessionem ex licentia sibi tradita per venditorem, qui habuit fidem de pretio, usque ad dictos dies; poterit venditor illam licentiam auferre, pretio infra terminum non soluto, et de novo eam occupare, ut retineat eam proprio nomine, cum prius post licentiam retineret eam nomine emptoris, secundum Angel. et Paul. de Castro in l. *hæres*, D. *ad Trebel.*

(4) *Se fiasse en el*. Gloss. in dicto §. *venditæ*, in verbo *emptoris* dicit, quod in dubio, rem tradendo, videtur habuisse fidem de pretio. Limita tamen, nisi venditor cogitasset, quod statim sibi erat solvendum, ut in l. *si quasi 5. D. de pign. action.* et ibi per Bart. et per Bald. in l. *si non donationis*, *C. de contrah. empt.* Et nota, quod vendens rem Ecclesie, vel fisci, vel minoris non potest habere fidem de pretio, ut in l. *si procurator 5. §. si ab eo*, ubi Gloss. D. *de jure fisci*, ubi vide per Bart. et Abb. in cap. *2 de precario*, in fine. Creditor etiam vendens pignus, potest habere fidem de pretio, l. *eleganter 24. §. si vendiderit 2.* et ibi Bart. D. *de pign. action.* Et an vendens actionem, possit habere fidem de pretio? Vide Bald. in l. *per diuersas*, col. 5. *C. mandati.* Et de procuratore, an possit habere fidem de pretio? Vide Bart. in dicto §. *si vendiderit*, et in l. 1. *de offic. procur. caesar.* et Bald. in l. *incivile*, *C. de rei vindic.* ubi tam de generali, quam etiam de speciali procuratore: et ibi etiam per Bald. an executor testamenti possit habere fidem de pretio, et per Bart. in l. *alio*, col. fin. D. *de alim. et cibor. legat.* Et nota, quod etiam qui compellitur ad vendendum, non cogitur habere fidem de pretio, Gloss. et Bald. in l. 1. *C. de commun. serv. manum.* et adde Bald. in cap. 1. *qui præced. debeat investit. vel fidelitas.* Et quid si confitetur se recepisse pretium, et postea appareat instrumentum promissionis pretii? Vide Joan. de Huol. in l. *penult. §. si vir*, D. *solut. matr.* et Socin. consil. 179. col. 4.

LEY XLVII.—Como gana ome el señorío de la cosa que tiene alogada, si despues la compra desse mismo que se la alogara.

Logado auiendo algund ome, o emprestado, o encomendado (1) a otro alguna su cosa, si despues desso le vendiesse, e le diesse aquella cosa misma, maguer estonce non estuiesse la cosa delante, nin lo apoderasse della, con todo esso gana el señorío (2) della aquel a quien la vende, o la da. Otrosi dezimos, que por todas (3) aquellas razones, o maneras, que passa la tenencia de las cosas de los vnos ome a los otros, maguer non sean apoderados dellas corporalmente, segun dize en el Titulo que fabla de la manera en que puede ome ganar, o perder tenencia de las cosas; que por essas mismas razones, o maneras, passa el señorío de las cosas a aquellos a quien son vendidas, o cambiadas, o dadas en dote, o en otra manera, o las han de auer por alguna otra derecha razon; como quier que de las cosas non fuessen apoderados corporalmente. Otrosi dezimos, que quando fazen los ome companiias entre si, poniendo, que todos los bienes que han, o ganaren dende adelante, que sean comunalmente de todos los compañeros; que luego que tal compania ayan fecha, e firmada, e otorgada entre si, que passe el señorío (4) de todas las cosas, que cada vno dellas ha, a los otros, tambien como si vnos a otros se ouiesse apoderado en todos los bienes, que ouiesse, corporalmente. Empero, si algunos de los compañeros ouiesse de recibir algunos debdos, o derechos que fuessen suyos en ante que fiziessen la compania, non los pueden demandar los otros sin su otorgamiento, o mandado; mas con todo esso, tenuto es, de les otor-

gar poder de los demandar; e lo que ende ouieren, deve ser comunalmente de todos. Otrosi dezimos, que toda ganancia que qualquier dellos faga, que el señorío della passa (5) a los otros, tambien como si cada vno dellos la ouiesse fecha.

LEY XLVII.—Si rem, quam tibi locavi, postea tibi vendidi, licet non tradidi, transfertur in te dominium: et in casibus in quibus sine traditione quaeritur possessio, eisdem quaeritur dominium: item per societatem omnium bonorum contractam, quia dominium consociis quaeritur, licet traditio non fiat, sed debita consocio ante societatem non veniunt, sed tenetur ipse concedere petendi potestatem. Item in lucris socii quaeritur dominium consociis sine traditione. Hoc dicit.

(1) *O encomendado*. Adde l. *sive autem 9. §. 1. D. de publiciana.*

(2) *El señorío*. Concordat l. *qua ratione 9. §. interdum 5. D. de acquir. rer. dom.* et §. *interdum 44. Instit. de rer. divis.* et adde l. *certi conditio 9. §. fin.* et ibi Bart. D. *si cert. pet.* et l. *cui usufructus 50. §. colono*, et ibi Bart. D. *de usufruct. legat.* Et quid si canonicus stetit diu in choro, et capit ut canonicus, sed non erat, et postea Papa secum dispensavit, et contulit ei illum canonicatum, an requiratur nova installatio? Vide Bald. quod non, in l. 2. col. 10. versic. *sed pone aliquis*, *C. de servit.* et ibi allegat dict. §. *interdum*, et l. *quædam mulier*, D. *de rei vindic.* et alias leges. Et quid si res non erat illius, qui titulum concedit rem alienam possidenti, neque ipse eam sibi commodaverat, vel in usum alias concesserat? an procedat quod hic habetur, ut videatur rem tradere; ut saltem præstet causam usucapiendi? Bald. dicit, quod non; et intelligit istas leges in eo, qui potest concedere titulum effectualem, ut in eo, qui habebat possessionem, vel quasi, ut ipse tradit in l. *alienum*, *C. de furtis*. Paul. de Castro tamen in l. *non solum*, §. *quod vulgo*, D. *de usucap.* reprobat ejus dictum per textum ibi: quia sufficit, quod possidens putet illum, qui titulum concedit, esse dominum.

(3) *Portodas*. Sequitur Gloss. in dicto §. *interdum*, ubi Gloss. ponit istos casus, et allegat leges, et adde infra eod. tit. 50. per totum, et adde de istis casibus, et de aliis notabiliter per Abb. post Gloss. ibi, in cap. *2 de consuetud.* penult. et fin. col. Et an assignatio rerum emptarum habeatur loco traditionis, ut si porcos de grege venditos tu signasti; vide Bald. in rubr. *C. de peric. et com. rei venditæ*, et adde etiam aliam glos. dicti §. *interdum*, in l. *possideri*, in princ. D. *de acquir. posses.* Et an executor judicis possit per actus fictos, per quos alias transfertur possessio, tradere possessionem? Vide Bart. quod non, in l. 1. col. penult. D. *de acquir. posses.*

(4) *El señorío*. Concordat l. 1. 2. et 5. D. *pro socio*: et de ratione decidendi, vide ibi per Alber. et per Jas. in l. *si socius D. si cert. petatur.*

(5) *El señorío della passa*. Habes hic, quod etiam in quaerendis transit dominium in socium omnium bonorum, licet alter ex sociis suo nomine adquirat: contrarium tenebat Gloss. per text. ibi, in l. *si quis societatem 74. D. pro socio*, et probatur in dicta l. *si socius 16. D. si cert. pet.* ideò nota tu istam legem.

LEY XLVIII.—Como ganan el señorío de las cosas, que los Emperadores, e los Reyes mandan echar por las ruas, quando se coronan, o se fazen Caualleros.

Quando los Emperadores (1), o los Reyes se coronan, o se fazen Caualleros, alleganse y grandes gentes, para les fazer honrra: e suelen vsar los sus Camareros, de echar dineros de oro, o de plata, o otras joyas, por las carreras. E esto fazen por dos razones. La vna, por nobleza, e por alegria; e la otra, porque ouiesse carrera, para passar mas de ligero entre la espessura de la gente. E quando los ome veen echar el oro, e la plata, e las otras joyas, corren a tomarlo; desembarganse porende las carreras, por do auian de passar. E porende dezimos, que quien quier que tomare oro, o plata, o otras joyas que assi fuessen echadas por las carreras, que gana el señorío cada vno de quanto tomare. Ca con tal entendimiento manda el Rey echarlo